

Documentos Oficiales de la Orden de San Agustín en España

CAPITULUM PROVINCIALE

**PROVINCIAE SSMI. NOMINIS JESU
INSULARUM PHILIPPINARUM O. E. S. A.**

CÆSARAUGUSTÆ, ANNO DOMINI, 1958

Anno Nativitatis eiusdem millesimo nongentesimo quinquagesimo octavo die vigesima sexta et sequentibus mensis Julii celebrata sunt Comitia provincialia Fratrum Eremitarum S. P. Augustini huius Provinciae Ssmi. Nominis Iesu Insularum Philippinarum in Conventu Caesaraugustæ prout ab Adm. R. P. Crescentio Fernández Prieto Provinciali in diem vigesimam sextam huius mensis indicta fuerant.

Itaque, cum die vigesima quarta ad praedictum Conventum convenerint tum Adm. R. P. Raphael Pérez González, tum coeteri Patres vocales, eodem die, mane, celebratis officio et Missa Defunctorum, R. P. Dictinius Rodríguez Bravo recitavit elogium Fratrum ab ultimo Capitulo defunctorum. Quo finito Adm. R. P. Raphael Pérez, Assistens Generalis, illorum animas ac omnium nostrorum benefactorum Deo commendavit precibus ritualibus.

Eodem die post Vesperas, signo campanulae ter date, ad locum Capituli omnes se congregaverunt. Tunc P. Pro-

vincialis, praemissis praemittendis, mandavit ut si quis a Revmo. P. Generali litteras haberet ad istud Capitulum directas, easdem statim proferret. Mox Adm. R. P. Raphael Pérez, Assistens Generalis, litteras Revmi. P. Prioris Generalis praesentavit per quas dicti Capituli Praesidens constituebatur idem Adm. R. P. Raphael Pérez, qui nullo renuente, ab omnibus reverenter pro Praesidente fuit recognitus.

Deinde per secreta suffragia electi fuerunt tres Judices Causarum et Examinatores Litterarum, qui sunt RR. PP. Victor Diaz de Tuesta, Dionysius Burón de la Calle et Jesus Fernández Aguado:

Die sequenti, quae fuit festum R. Iacobi Apostoli, Hispaniae Patroni, solemniter iuxta rubricas Missa pro Capitulo celebrata fuit. Eodem die post Vespertas P. Praeses Consilium Capituli convocavit ut, de iure suffragandi P. Emmanuelis Ares Gómez, Prioris Collegii «Los Jardines del Valle» de Caracas, qui litteras a N. 782 NN. SS. Constitutionum requisitas et per officinam postalem transmittendas non habebat, iudicaret, et, omnibus consentientibus, ius suffragii eidem fuit recognitum.

Sequenti sabbato, Missa de Spiritu Sancto celebrata, oratione de electione Provincialis a R. P. Philippo Calle Revilla dicta, aliisque expletis in nostris Constitutionibus praescriptis, coram omnibus in loco Capituli considentibus, R. P. Provincialis officium suum in manus Praesidis humiliter resignavit. Qua resignatione acceptata, per R. P. Victorem Diaz de Tuesta, Judicem Causarum et Examinatorem Litterarum, recitata fuerunt nomina eorum qui vocem activam habere debebant, hoc ordine:

1. Adm. R. P. Raphael Pérez González, Assistens Gen., Capituli Praeses.
2. Adm. R. P. Crescentius Fernández Prieto, Prior Provincialis.
3. R. P. Philippus Calle Revilla, Primus Definitor.
4. R. P. Dictinius Rodríguez Bravo, Secundus Definitor.

DOCUMENTOS DE LA ORDEN DE SAN AGUSTIN EN ESPAÑA 395

5. R. P. Eliseus Alava Zurbitu, Tertius Definitor.
6. R. P. Lupus Cilleruelo García, Quartus Definitor.
7. R. P. Victor Díaz de Tuesta, Commis. Prov. Peruviae.
8. R. P. Dionysius Burón de la Calle, Commis. Prov. Columbiae.
9. R. P. Jesus Fernández Aguado, Vicarius Prov. Philippinarum.
10. R. P. Joseph A. Quintana Urquiza, Vic. Prov. de Iquitos.
11. R. P. Moyses Montaña Montaña, Vic. Prov. de Venezuela.
- * 12. R. P. Gratianus Montes Fernández, Prior Conventus de Lima.
- * 13. R. P. Marianus Sapiña Arlandis, Prior domus de Cebú.
- * 14. R. P. Paulus Alava Alava, Prior dom. de Manila.
- * 15. R. P. Franciscus Gijón Guillén, Prior Conv. de Bogotá.
- * 16. R. P. Emmanuel Prieto Vega, Prior dom. de Bojacá.
17. R. P. Cladius Burón Alvarez, Prior dom. de Valladolid.
- * 18. R. P. Emmanuel Canóniga González, Prior dom. de Facatativá.
19. R. P. Emmanuel Ramos González, Prior dom. de Barcelona.
- * 20. R. P. Sylvinus Treceño Ríos, Prior dom. de Iquitos.
21. R. P. Jesus Alava Zurbitu, Prior dom. de Bilbao.
- * 22. R. P. Benedictus Mancebo Merino, Prior Coll. de Lima.
- * 23. R. P. Isaac Insunza González, Prior dom. de Iloilo.
- * 24. R. P. Emmanuel Cano Martínez, Prior dom. de Chosica.
25. R. P. Marcellinus Corral García, Prior dom. de Valencia de D. Juan.

(*) signati suffragia per schedas ad Capitulum misserunt.

396 DOCUMENTOS DE LA ORDEN DE SAN AGUSTIN EN ESPAÑA

26. R. P. Lucas Espinosa Pérez, Prior dom. de Neguri.
27. R. P. Félix Merino D. Bustos, Prior dom. de Zaragoza.
- * 28. R. P. Crescentius Toledo Toledo, Prior dom. de Chançay.
29. R. P. Gerardus de Cruz Bratos, Prior dom. de Becerril de Campos.
- * 30. R. P. Restitutus Fuertes Alvarez, Prior Collég. de Bogotá.
- * 31. R. P. Isidorus Andrés Sansierra, Prior Coll. «El Paraíso» de Caracas.
- * 32. R. P. Emmanuel Ares Gómez, Prior Coll. «Los Jardines del Valle» de Caracas.
33. R. P. Andreas Cañibano Salado, Prior dom. de Puerto de la Cruz.
34. R. P. Emmanuel Merino Pérez, Secretarius Provinciae.
35. R. P. Octavius Cubría Bardón, Discret. Conv. de Lima.
36. R. P. Marianus Pérez González, Discr. dom. de Cebú
37. R. P. Augustinus Fuertes González, Discr. dom. de Manila.
38. R. P. Valerianus Rivero Montalvo, Discr dom. de Valladolid,
39. R. P. Thomas Alejandro Herrero, Discr. dom. de Madrid.
40. R. P. Saturninus Martín Martín, Discr. dom. de Iquitos.
41. R. P. Petrus Arguiñániz Marquina, Discr. dom. de Bilbao.
42. R. P. Ricardus Canseco Sabugo, Discr. Coll de Lima.
43. R. P. Benvenutus Junquera Pernia, Discr. dom. de Iloilo.
44. R. P. Angelus Luis García, Discr. dom. de Chosica.
45. R. P. Angelus Cerezal Pastor, Discr. dom. de Valencia de Don Juan.

(*) signati suffragia per schedas ad Capitulum miserunt.

46. R. P. Vitalis Yraeta Echevarría, Discr. dom de Neguri.
47. R. P. Benedictus Martínez Monroy, Discr. dom. de Zaragoza.
48. R. P. Nicolaus Alonso Rodriguez, Discr. dom. de Becerril de Campos.
- * 49. R. P. Ismael Barrio Méndez, Discr. Colleg. de Bogotá.
- * 50. R. P. Dominicus Alvarez Gómez, Discr. Colleg. «El Paraíso» de Caracas.
- * 51. R. P. Eleutherius Blanco Suárez, Discr. Circuns. de Nauta-Belén-Sto. Cristo de Bagazán-Punchana-Sta. Rita de Castilla.
- * 52. R. P. Aemilius Canseco Sabugo, Discr. Circuns. Sti. Augustini-Stae. Monicae de Bogotá.
- * 53. R. P. Salvator Casado Martínez, Discr. Circuns. de Maracaibo-Cabimas - La Concepción - El Carmelo.
54. R. P. Antonius García Caverio, Discr. Circ. de Barcelona-Puerto de la Cruz.
- * 55. R. P. Nicolás Ruiz Dulanto. Discr. Circ. de Bojacá-Facatativá
- * 56. R. P. Abilius López Martínez, Discr. Circ. de Chancay - San Pedro de Lloc - Pacasmayo.
57. R. P. Antonius Peláez del Río. Discr. Circ. Colleg. «Los Jardines del Valle» de Caracas-Ciudad de Ojeda - Charallave - Poenitenciaria de San Juan de los Morros.
- * 58. R. P. Michael Hostos Mongui, Discr. Circuns. de Barranquilla - Soledad - Albán.

Dimissis autem vocem non habentibus, atque ab omnibus electoribus iureiuando emisso de eligendis in Provincialem et Definitores quos secundum Deum eligendos esse existimaverint, designati sunt tres Scrutatores vocum per suffragia secreta, id est R. P. Petrus Arguinzóniz Marquina, R. P. Saturninus Martín Martín et R. P. Antonius Peláez del Río, et iuramento fidelitatis ac de secreto servan-

(*) signati suffragia per schedas ad Capitulum misérunt.

do ab ipsis praestito, ad novi Provincialis electionem processum est. Admodum R. P. Praeses declaravit se abstine-re a suffragio in hac et in coeteris electionibus ferendo. Suffragium R. P. Emmanuelis Ares Gómez, quod per sche-das mitti debebat, ad Capitulum non pervenit.

Peracta prima scrutatione, electus fuit in Provinciale m-votis quinquaginta quatuor R. P. Nicolaus Alonso Rodríguez, et a primo Scrutatorum publicatus, atque emissis ab electo professione fidei et iuramento contra modernis-mum, in officio a P. Praesidente confirmatus est. Deinde deductus fuit in ecclesiam, ibique praemissis ritibus praescriptis, omnes Religiosi in signum obedientiae eidem ma-num deoscularunt.

R. P. Victor Díaz Tuesta duo habuit suffragia.

De hac electione separatum publicum instrumentum redactum est ab Actuario Capituli, Praeside et Scrutatori-bus subsignatum, in archivo Provinciae asservandum.

Eodem die post Nonam ad sonum campanulae ter pul-satae, ut moris est, iterum omnes Patres electores in Ca-pitulo convenerunt ut Definitores eligerent; servatisque servandis, electus fuit in primum Definitorum R. P. Clau-dio Burón Alvarez suffragiis quinquaginta; in secundum R. P. Vitalis Yraeta Echevarría, suffragiis viginto octo; in tertium R. P. Thomas Alejandro Herrero, suffragiis qua-dragini quatuor; in quartum R. P. Laurentinus Mendiluce Rodríguez, suffragiis triginta duobus. Definitorum vero in defectu, primus est R. P. Marcellinus Corral García, qui quadraginta unum habuit suffragia; secundus R. P. Hio-dorus Alvarez Alvarez, qui habuit quadraginta.

In Definitorum ad proximum Capitulum Generale mi-tendum electus fuit R. P. Emmanuel Merino Pérez.

In Secretarium Provinciae fuit electus R. P. Emmanuel Merino Pérez.

Praeterea, diebus sequentibus ad praescriptum NN. SS. Constitutionum et servatis servandis, congregati fue-runt definitorialiter praedicti Adm. R. P. Raphael Pérez,

Assistens Generalis Capituli Praeses; Adm. R. P. Nicolaus Alonso Rodríguez, Provincialis electus; Adm. R. P. Crescentius Fernández Prieto, Provincialis absolutus, et Definitores RR. PP. Claudio Burón Alvarez, Vitalis Yraeta Echevarría, Thomas Alejandro Herrero et Laurentinus Mendiluce Rodríguez, qui auctoritate eis a Constitutionibus, concessa, ea quae sequuntur statuerunt ac publice notificare mandarunt.

PRIMO: DEFINITIONES SEU DECRETA

I.— Examinatae at approbatae fuerunt rationes accepti et expensi ab Oecono Provinciae exhibitae.

Etiam recognitae et approbatae sunt rationes dati et accepti singularum Provinciae Domorum.

II.— Acta sacrae Visitationis ab Adm. R. P. Provinciali peractae fuerunt recognita et approbata.

III.— Non obstante conditione adversa Sinarum quae laborem et sudorem nostrorum missionariorum fere ad nihilum redigit ipsosque missionarios e suo campo apostolico expulit, Provincia nostra, fundatione et historia essentialiter missionaria, Missiones uti finem et scopum primarium habet, spiritum missionarium in suis membris et domibus florere desiderat, gratoque animo petitiones Religiosorum, qui missionibus sese consecrare volunt, libenter excipiet.

IV.— Alumni Provinciae ad sacerdotium adspirantes curriculum medium-classicum sex annis perficiunt, sicuti in curriculo medio-classico civili, vulgo Bachillerato, continetur, praeter materias clericorum proprias; et his sex annis absolutis, in philosophiam rationalem cum affinibus disciplinis per integrum saltem biennium incumbant.

V.— Cum in votis omnium sit ut numerus candidatorum ad sacerdotium in Provincia augeatur et conveniens separatio inter alumnos diversae aetatis servetur, P. Provinciali cum Definitoribus committimus ut alia domus ins-

400 DOCUMENTOS DE LA ORDEN DE SAN AGUSTIN EN ESPAÑA

stitutionis aedificetur vel iam existens ad hunc finem destinetur.

VI.—Officium vulgo •Reclutador de vocaciones• in Provincia creatur, alicui Patri idoneo a Provinciali committendum, cui munus erit pueros seu adolescentes, ad nostram Provinciam ingrediendum, quaerere, examinare, eorum idoneitatem perpendere, cum eisdem eorumque parentibus, parochis et magistris commercium etiam epistolare fovere, propagandam vocationalem libris, libellis, foliis aliisque mediis facere ut tandem multi ac boni candidati, uti clerici et uti conversi, in dominibus institutionis religiosae ingrediantur. Hic Pater ab aliis officiis quae suum laborem impedire vel minuere possint, sit omnino liber.

VII.—Definitorio Provinciali commissionem damus ut re cum aliis Hispanieae Provinciis pertractata, novam organizationem ephemeredi •Archivo Agustiniano• tribuat, et creationi et scopo eiusdem respondentem.

VIII. —Pro conservatione et incremento bibliothecae Collegii Vallisoletani pensio ordinaria annua 50 000 libelliarum hispanicarum, v. pesetas, assignatur, quae secundum normas a P. Provinciali stabiliendas expe di debet.

IX.—Patri Provinciali cum Definitorio committimus ut in praedio rustico v. •La Ribera• Collegii Vallisoletani aedificium aptum praeparet in quo Professi et etiam Sacerdotes ferias aestivas convenienter transcurrere valeant.

X.—Provincia libenter in se suscipit expensas factas et faciendas apud S. R. Congregationem pro Causa Beatificationis Excmi. ac Revmi. P. Anselmi Polanco, olim huius Provinciae illustris Praesulis et Episcopatus ornamenti, in bello civili hispanico anno 1939 in odium religionis occisi, quem in altari quamprimum veluti martyrem venerari ardentissime exoptat omnesque Fratres ad hunc finem preces ad Deum fundere hortatur

Speramus quod Dioecesis Terulensis, quam P. Polanco et dignitate et virtutibus decoravit, ad hoc sua opera

conferat eo vel magis quod Causa Episcopo sacerdotem Terulensem socium adiungat.

XI.—Religiosis qui extra Patriam ministerium laudabiliter exercuerint, de consensu Superioris Maioris immediati et Patris Provincialis et dummodo examina quinquennalia et pro confessionibus audieris praescripta feliciter superaverint, detur optio in Patriam redeundi vel singulis quinquenniis per tres tantum menses vel decimo quoque anno et in eadem vel ad annum permanendi. Quod si primum elegerint illi qui in Collegiis ministerium exercent, tempore vacationum generalium perficere debent.

XII.—Secundo Centenario fundationis Regalis nostri Collegii Vallisoletani, almae matris Provinciae, recurrente, Capitulum hortatur et allicit commissionem ad hoc designatam ut pro viribus solemnia maximo cum splendore et fructu conetur celebrare, eidemque media necessaria animo volenti offert.

XIII.—Cineres Revmi. P. Thomae Rodríguez, Generalis Ordinis Nostri ab anno 1896-1917, e coemeterio communibarcinonensi ad Collegium Vallisoletanum, necessariis et opportunis licentis praehabitis, transferantur et in eodem decenter tumulentur.

XIV.—Definitiones praeteritorum Capitulorum Provincialium et Congregationum Intermediarum, quae adhuc in vigore manent, confirmatas et ratas esse volumus.

XV.—Pro taxa Venerabili Curiae Generalitiae solvenda ad normam n. 844 NN. SS. Constitutionum, singuli Sacerdotes, unoquoque mense, unam Missam ad intentionem Revmi. P. Prioris Generalis celebribunt.

SECUNDO: DISPOSITIONES FAMILIARUM

Electus fuit:

In Commissarium Provinciale Viceprovinciae Peruviae, Adm. R. P. Victor Díaz de Tuesta.

402 DOCUMENTOS DE LA ORDEN DE SAN AGUSTIN EN ESPAÑA

In primum eiusdem Consiliarium, R. P. Emmanuel Ca-
no Martínez.

In secundum, R. P. Emmanuel López Rueda.

In tertium, R. P. Antonius Monteverde Ashford.

Electus fuit:

In Commissarium Provincialem Viceprovinciae Colum-
biae, Adm. R. P. Restitutus Fuertes Alvarez.

In primum eiusdem Consiliarium, R. P. Sergius Gonzá-
lez Galende.

In secundum, R. P. Ismael Barrio Méndez.

In tertium, R. P. Joseph López Cid.

Electus fuit:

In Vicarium Provincialem Philippinarum, Adm. R. P. Je-
sus Fernández Aguado.

In primum eiusdem Consiliarium, R. P. Augustinus
Fuertes González.

In secundum, R. P. Sanctes Abia Polvorosa.

In tertium, R. P. Marianus Sapiña Arlandis.

Electus fuit:

In Vicarium Provincialem Vicariatus Iquitensis, Adm.
R. P. Joseph Antonius Quintana Urquiza.

In primum eiusdem Consiliarium, R. P. Jesus García
Martín.

In secundum, R. P. Joseph Almeida Martín.

In tertium, R. P. Edilbertus Valles Melendro.

Electus fuit:

In Vicarium Provincialem Vicariatus Venezolani, Adm.
R. P. Ex-Prov. Crescentius Fernández Prieto.

In primum eiusdem Consiliarium, R. P. Eliseus Alava
Zurbitu.

In secundum, R. P. Emmanuel Ares Gómez.

DOCUMENTOS DE LA ORDEN DE SAN AGUSTIN EN ESPAÑA 403

In tertium, R. P. Joseph Martínez Fernández.

PROVISIO DOMUS DE VALLADOLID

Electus fuit:

In Priorem, Adm. R. P. Philippus Calle Revilla.

In Subpriorem et Procuratorem, R. P. Emmanuel Cid Martín.

In Consiliarios, RR. PP. Valerianus Rivero Montalvo et Lupus Cilleruelo García.

In Sacristam, R. P. Dictinius Rodríguez Bravo.

In Depositarium, R. P. Emmanuel Ramos González.

In Magistrum Caeremoniarum, R. P. Heliodorus Andrés Puente.

PROVISIO DOMUS DE BARCELONA

Electus fuit:

In Priorem, Adm. R. P. Benedictus Mancebo Merino.

In Subpriorem, Sacristam et Consiliarum, R. P. Antonius García Cavero.

In Consiliarium et Depositarium, R. P. Jesus Alava Zubritu.

In Procuratorem, R. P. Anselmus Sandín Miñambres.

PROVISIO DOMUS DE MADRID

Electus fuit:

In Priorem, Adm. R. P. Petrus Calzada Cantera.

In Subpriorem et Depositarium, R. P. Def. Vitalis Yraeta Echevarría.

In Consiliarios, RR. PP. Michael de la Pinta Llorente et Lucas García Prieto.

In Sacristam, R. P. Petrus Cerezal Pastor.

In Procuratorem, R. P. Def. Laurentinus Mendiluce Rodríguez.

404 DOCUMENTOS DE LA ORDEN DE SAN AGUSTIN EN ESPAÑA

PROVISIO DOMUS DE BILBAO

Electus fuit:

- In Priorem, Adm. R. P. Joseph Marcos Valle.
In Subpriorem, R. P. Lucas Espinosa Pérez.
In Consiliarios, RR. PP. Daniel Ortega Santos et Aloysius Mallo Mallo.
In Sacristam, R. P. Angelus Negrete de la Peña.
In Procuratorem, R. P. Ex-Prov. Petrus Arguinzóniz Marquina.
In Depositarium, R. P. Elifius Aparicio Herrero.

PROVISIO DOMUS DE VALENCIA DE DON JUAN

Electus fuit:

- In Priorem, Adm. R. P. Marcellinus Corral García.
In Subpriorem, R. P. Lucretius Lozano Alonso.
In Consiliarios, RR. PP. Emmanuel Diez Canseco et Andreas Cañibano Salado.
In Sacristam, R. P. David Almeida Martín.
In Procuratorem, R. P. Emmanuel Rodríguez Fernández.
In Depositarium, Adm. R. P. Ex Prov. Angelus Cerezal Pastor.

PROVISIO DOMUS DE NEGURI

Electus fuit:

- In Priorem, Adm. R. P. Donatus Gorrochátegui Chinchurreta.
In Subpriorem Consiliarum et Depositarium, R. P. Clemens Juldain Abarrátegui.
In Consiliarium, R. P. Ignatius Bayón García.
In Sacristam, R. P. Prior Donatus Gorrochátegui Chinchurreta.
In Procuratorem, R. P. Balbinus Martín Pérez.

DOCUMENTOS DE LA ORDEN DE SAN AGUSTIN EN ESPAÑA 405

PROVISIO DOMUS DE ZARAGOZA

Electus fuit:

- In Priorem, Adm. R. P. Dionysius Burón de la Calle.
In Subpriorem, R. P. Heliodorus Alvarez Alvarez.
In Consiliarios, RR. PP. Fidelis Casado Prieto et Felix Merino D. Busto.
In Sacristam, R. P. Thomas Vara Gutiérrez.
In Procuratorem, R. P. Augustinus Díez Pérez.
In Depositarium, R. P. Antonius Rubio Rubio.

PROVISIO DOMUS DE BECERRIL DE CAMPOS

Electus fuit:

- In Priorem, Adm. R. P. Aemilianus Vega Macho.
In Subpriorem et Depositarium, R. P. Benedictus Martínez Monroy.
In Consiliarios, RR. PP. Clemens Camporro Fanjul et Joseph González Alvarez.
In Sacristam, R. P. Clemens Camporro Fanjul.
In Procuratorem, R. P. Vicentius Paniagua Daniel.

PROVISIO DOMUS DE PUERTO DE LA CRUZ

Electus fuit:

- In Priorem, Adm. R. P. Lucinius García Cuesta.
In Subpriorem et Consiliarium, R. P. Paulus Díez García.
In Consiliarium et Depositarium, R. P. Elías López Díez.
In Procuratorem, R. P. Fridericus Ibáñez Martínez.

PROVISIO DOMUS DE MEDINA DEL CAMPO

Electus fuit:

- In Vicarium Monialium, R. P. Joannes Mendiluce Rodríguez.

406 DOCUMENTOS DE LA ORDEN DE SAN AGUSTIN EN ESPAÑA

PROVISIO DOMUS DE CEBU

Electus fuit:

In Priorem, Adm. R. P. Restitutus Suárez García.

PROVISIO DOMUS DE MANILA

Electus fuit:

In Priorem, Adm. R. P. Marianus Sapiña Arlandis.

PROVISIO DOMUS DE ILOILO

Electus fuit:

In Rectorem Universitatis, Adm. R. P. Isaac Insunza González.

PROVISIO CONVENTUS DE LIMA

Electus fuit:

In Priorem Adm. R. P. Franciscus Jambrina Gaitán.

PROVISIO COLLEGII S. AUGUSTINI DE LIMA

Electus fuit:

In Priorem, Adm. R. P. Baudilius Montes Alvarez.

PROVISIO DOMUS DE CHOSICA

Electus fuit:

In Priorem, Adm. R. P. Emmanuel Cano Martínez.

PROVISIO DOMUS DE CHANCAY

Electus fuit:

In Priorem, Adm. R. P. Gregorius Martínez Gutiérrez.

DOCUMENTOS DE LA ORDEN DE SAN AGUSTIN EN ESPAÑA 407

PROVISIO DOMUS DE IQUITOS

Electus fuit:

In Priorem, Adm. R. P. Gaspar Vega Martínez.

PROVISIO DOMUS S. AUGUSTINI DE BOGOTA

Electus fuit:

In Priorem, Adm. R. P. Nicephorus Rojo Merino.

PROVISIO DOMUS DE BOJACA

Electus fuit:

In Priorem, Adm. R. P. Emmanuel Prieto Vega.

PROVISIO DOMUS DE FACATATIVA

Electus fuit:

In Priorem, Adm. R. P. Restitutus Suárez Arias.

PROVISIO DOMUS DE BARRANQUILLA

Electus fuit:

In Priorem, Adm. R. P. Franciscus Gijón Guillén.

PROVISIO DOMUS LICEO CERVANTES DE BOGOTA

Electus fuit:

In Priorem, Adm. R. P. Sergius González Galende.

PROVISIO DOMUS DE MARACAIBO

Electus fuit:

In Priorem, Adm. R. P. Moises Montaña Montaña.

408 DOCUMENTOS DE LA ORDEN DE SAN AGUSTIN EN ESPAÑA

PROVISIO DOMUS «EL PARAISO» DE CARACAS

Electus fuit:

In Priorem, Adm. R. P. Emmanuel Ares Gómez.

PROVISIO COLLEGII «LOS JARDINES DEL VALLE» DE CARACAS

Electus fuit:

In Priorem, Adm. R. P. Isidorus Andrés Sansierra.

PROVISIO ALIORUM OFFICIORUM

Electus fuit:

In Oeconomum Provinciae, R. P. Def. Thomas Alejandro Herrero.

In Oeconomum Viceprovinciae Peruviae, R. P. Emmanuel López Rueda.

In Oeconomum Viceprovinciae Columbiae, R. P. Joseph López Cid.

In Oeconomum Vicariatus Philippinarum, R. P. Sanctes Abia Polvorosa.

In Oeconomum Vicariatus Iquitensis, R. P. Silvinus Treceño Ríos.

In Oeconomum Vicariatus Venezolani, R. P. Eliseus Alava Zurbitu.

In Magistrum Novitiorum, R. P. Valerianus Rivero Montalvo.

In Socium ejusdem, R. P. Hyacinthus Turiso Pinedo.

In Magistrum Professorum, R. P. Def. Claudius Burón Alvarez.

In Socium ejusdem, R. P. Isacius Rodríguez Rodríguez.

Electi fuerunt:

In Examinatores Ordinandorum, RR. PP. Juventinus Macho Liébana, Lupus Cilleruelo García et Isacius Rodríguez Rodríguez

In Examinatores Confessariorum, RR. PP. Daniel Ortega Santos, Emmanuel Ramos González et Heliodorus Andrés Puente.

In Examinatores Quinquennalium, RR. PP. Lupus Cilleruelo García, Isacius Rodríguez Rodríguez et Heliodorus Andrés Puente.

In Examinatores Novitiorum, RR. PP. Dionysius Burón de la Calle, Heliodorus Alvarez Alvarez et Fidelis Casado Prieto.

In Censores librorum edendorum, RR. PP. Dictinius Rodríguez Bravo, Lupus Cilleruelo García et Fidelis Casado Prieto.

Omnes praedictae electiones factae sunt plenis suffragiis.

Officia tan in Viceprovinciis quam in Vicariatibus Provincialibus in Capitulo non provisa, providenda reliquuntur Comisariis et Vicariis Provincialibus cum suis Consiliis ad normam NN.SS. Constitutionum et Statutorum.

Ultimo, designatum fuit Collegium Sti. P. Augustini Caesaraugstanum pro futuro Capitulo celebrando.

Priores electi ante confirmationem in Officio professionem Fidei et juramentum contra modernismum emiserunt.

Haec sunt, Reverendissime Pater, Capituli Nostri electiones et acta pro quarum approbatione et confirmatione ad pedes Paternitatis Vestræ Reverendissimæ submisæ provolvimur, humiliter obsecrantes, ut iisdem favoribus ac paterni amoris affectibus, quibus semper, nos prosequatur.

410 DOCUMENTOS DE LA ORDEN DE SAN AGUSTIN EN ESPAÑA

Deus Optimus Maximus Paternitatem Vestram Reve-
rendissimam Eremitico Ordini diu servet in columnen.

Datum Caesaraugustae, die quarta mensis augusti anni
millesimi nongentesimi quinquagesimi octavi.

FR. RAPHAEL PÉREZ

Assistens Generalis, Capituli Praeses

FR. NICOLAUS ALONSO R.
Prior Provincialis

FR. CRESCENTIUS FERNÁNDEZ
Provincialis Absolutus

FR. CLAUDIO BURÓN
Primus Definitor

FR. VITALES YRAETA
Secundus Definitor

FR. THOMAS ALEJANDRO
Tertius Definitor

FR. LAURENTINUS MENDILUCE
Quartus Definitor

FR. EMMANUEL MERINO
Secretarius Provinciae

CURIA GENERALIZIA AGOSTINIANA

Via S. Uffizio, 25 - Roma (640)

N O S

P. Fr. Laurentius A. Doyle, Ordinis Eremitarum S. Augustini Commissarius Generalis, adm. Rev. P. Fr. Nicolao Alonso Rodriguez, Provinciali Provinciae SS. Nominis Iesu Insularum Philippinarum, salutem in Domino plurimam.

Tenore praesentium Nostrisque muneris auctoritate atque de consilio Rev. mae Curiae approbamus et confirmamus Acta et Decreta Capituli provincialis Provinciae SS. Nominis Iesu Insularum Philippinarum, diebus 26 Julii 4 Augusti 1958, Praeside adm. Rev. P. Lect. Fr. Raphaele Pérez G., Assistente Generali, in conventu Caesaraugustae celebrati.

Datum Romae, ad S. Monicae, die 12 Septembris 1958.

FR. LAURENTIUS A. DOYLE
Comissarius Generalis

FR. R. SCHRAML
Ordinis Subscr.

L. S.

Reg. n. 282.

Concordant cum originali in Archivō mei muneris asservato.

In fidem, etc.

Matriti, die 22 Septembris 1958.

FR. EMMANUEL MERINO
Secretarius Provinciae